

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1268

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

provida institutum, prout in litteris super hoc confectis<sup>a</sup> plenius asseritis contineri<sup>1</sup>, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocínio communimus statuantes, ut idem monasterium hujusmodi numero de cetero sit contentum, nisi adeo ejus excreverint facultates, quod merito illum exigant augmentari, mandato sedis apostolice semper salvo. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Viterbii 8 kalendas aprilis pontificatus nostri anno quarto.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2622 or. mb. Bulle an Seidenschnur. Kostenvermerk unter dem Bug links: — — (2 grossi), darunter in kleiner Schrift Jac[obus] Romanus mit einem unlösbaren Zeichen vorher, schwerlich recepit; oben rechts in der Ecke durchstrichen LV; auf dem Buge in der Mitte ganz verwischt: Paulus . . . ; rechts auf dem Bug ein nicht mehr leserlicher Vermerk, wie es scheint mit m beginnend und c aufhörend. Auf der Rückseite: Paulus Interampnensis.*

*Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 462 nr. 653 mit dem falschen Jahresdatum 1269. — Potthast Reg. pontif. nr. 20298.*

17. Die Bischöfe von Straßburg und Speier, die Grafen von Leiningen, die Herren von Bolanden und Fleckenstein vereinbarten sich mit der Stadt Straßburg über die Einnahme von Selz. 1268 Mai 4 im Lager vor Selz.

Nos Henricus et Henricus dei gratia Argentinensis et Spirensis episcopi, E[mecho] et F[ridericus] de Liningen comites, Wernherus de Bonlandia, Fridericus de Fleckenstein universis et singulis volumus esse notum, quod super obsidione facienda et habenda circa opidum de Selse taliter deliberato consilio et provida deliberatione convenimus cum universitate civium Argentinensium, ut si dictum opidum nobis quocunque modo subpeditabimus vel capiemus, extunc ipsum funditus destruemus<sup>2</sup>. super qua conventionione et promisso inviolabiliter observando nos E[mecho] comes prefatus de Liningen<sup>c</sup> et nos Wernherus de Bonlandia ac Fridericus de Fleckenstein ex parte nostri et prefati domini nostri episcopi Spirensis sub debito juramenti a nobis corporaliter prestiti promisimus et promittimus observare inviolabiliter, omni dolo et fraude penitus circumscriptis. et hoc ipsum in eadem forma nobis vice versa Nicolaus dictus Zorn et Johannes ultra Bruscam milites Argentinenses sub juramento ab ipsis corporaliter prestito missi ad hoc ab ipsis civibus Argentinensibus observare inviolabiliter promiserunt. in cujus rei testimonium nos episcopi, E[mecho] et F[ridericus] comites, Wernherus de Bonlandia, Fridericus de Fleckenstein, universitas Argentinensis prescripti sigilla nostra duximus presentibus appen-

a) super — confec auf Rasur. b) ut in S 1 ausgeissen. c) S 1 stellt prefatus hinter Liningen.

<sup>1</sup> Vergl. UB, I, 287 nr. 378 u. 421 nr. 555.

<sup>2</sup> Ueber die Kämpfe um Selz vergl. nr. 30 Anmerk. 1.